



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolutiones  
Lectissimorum Casuum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Pontifex Rom.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

recitationem supradicti officij : neque enim potest pœniteni constare, an per illam recitationem satisfaciatur pœnæ, cui satisfacit opus per pœnitentiam iniunctum. Navarr. & alij 4. Et ab hac sententiâ non est recedendum, quamvis contraria sit probabilis. Bonacin. p. 3. tr. 4. res. 106.

Pontifex Rom.

1. Electio Pontificis spectat ad solos Cardinales, quamvis congregatum esset generale Concilium, sed hoc potest in casu particulari eam potestatem Cardinalibus adimere, ad Ecclesiæ bonum. Azor. & alij. Quamvis autem non sit per se necessarium ut eligatur ex ipsis Cardinalibus, usus tamen Ecclesiæ id habet. Suarez & alij. p. 5. tr. 2. res. 73. & 63.

2. In electione Pontificis omnes Cardinales habent suffragium etiam quibus galerus & insignia nondum sunt tradita, vel os apertum est. ex decreto P. j V. & Gregorij XV. Quamvis autem duo solum Cardinales remanerent in conclavi, reliquis vel mortuis, vel absentibus, possent adhuc eligere Pontificem,

tificem, imò etsi vnus tantùm: non posset tamen hic eligere seipsum, nisi per modum compromissi nomine totius sacri Collegij potestatem eligendi committendo alicui alteri, qui ipsum tunc eligeret. Salas & alij. *ibid. ref. 74.*

3. Quamuis Pontifex eligeretur ante definitum spatium expectationis decem dierum, valida esset electio, modò eligeretur à duabus tertiis omnium Cardinalium: vltra decem verò dies non rementur expectare Cardinales absentes. Azor. & alij 2. *ibid. ref. 75. & 76.*

4. Quando sufficientia data sunt suffragia pro electione minùs digni in Papam, possunt reliqui sine peccato pro eodem suffragium ferre. Villalob. & alij 4. Imò sic electus non peccat acceptando Papatum. Sotus & Turrian. *ibid. ref. 85.*

5. Papa tenetur etiam sub mortali ad confessionem annuam, horas canonicas, ieiunia, & similes leges. Bonacin. & alij. quamuis alij id negent. Præpos. & alij p. 6. *cap. 7. ref. 3.*

6. Potest Pontifex Principibus Christianis donare occupandas Infidelium terras, etiam quæ numquam à Christianis

nis  
ibid  
7  
stia  
nor  
tam  
tur  
tem  
nég  
rale  
laic  
iust  
pisc  
17.2  
8  
fia  
nec  
Sur  
con  
de  
& a  
int  
lum  
re. S  
circ  
Mo

nis possessiæ fuerunt. Salorzan. & alij 7.  
*ibid. tr. 4. ref. 18.*

7 Summus Pontif. in toto orbe Christiano potestatem seu iurisdictionem non habet directè in temporalia; ex vi tamen Pontificij muneris, vt defendatur Ecclesia, habet sufficientem potestatem indirectè super omnia sæcularia negotia in ordine ad finem supernaturalem. Suarez & alij 17. Vnde potest laicos eximere à potestate sæculari, ex iustâ causâ, vt fecit in familiâ laicâ Episcoporum. *part. 1. tr. 2. ref. 122. & p. 6. tr. 2. ref. 7.*

8 Quando oritur grauis controuersia inter duos Christianos Principes, nec vllus est arbiter, potest & debet Summus Pontifex, vt obuiam eat incommodis contra bonum spiritale inde nascituris, de eâ cognoscere. Molin. & alij 6. *p. 1. tr. 2. ref. 124.* similiter potest interdum alicui Principi vetare ne bellum gerat, & ab eo per excomm. terre. Suar. & alij 5. sed hoc cum magnâ circumspectione faciendum norant. Molin. & Villalob. *p. 6. tr. 4. ref. 2.*